



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Mansee Monasterium Ordinis S. Benedicti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

ADDITIONES.

Compertum quidem habeo de Monasterio *Mannsee* extare Diploma *Arnulphi* Imp. anno 898. item *Ottonis III.* ann. 953. *Henrici III.* Reg. Imp. II. & *Henrici* de an. 1063. quæ ad manus meas hucusque non peruenerunt: sicut nec Instrumentum venditionis huius Ecclesiæ à *Patauien.* *Salisburgen.* factæ: quod *Salisburgi* reperiri audio.

MANSEE MONASTERIUM ORDINIS S. BENEDICTI.

VTILO Dux, ex instinctu *S. Pyrimnij,* Episcopi *Metensis,* Monaster. prope *Menen lacum Noricorū* construxit, circa annum 739. *Auentinus* in *Anna-* lib. folio 291. 316. *Mansee Noricorum* ædem, ab Episcopis *Ratisbonensibus,* in paupertatem redactam, sacris *D. Benedicti* imposto Magistro reddit *Imperator Henricus sanctus.* Idem *Auentinus* folio 507. *Baturicus* Episcopus *Ratisbonensis* hoc Monasterium ab *Hemma Regina Boiorum* impetrarat, anno 831. Ipsa ab eodem superius Monasteriū *Ratisbonense* receperat. *Auentinus* ibidem. Insuper est autem hoc Monasterium cæteris *Bauaricis,* quod à Principibus *Bauariæ* institutum; Et quia olim vnâ cum eiusdem Monast. Aduocatia, castro ac dominio *Wildeneck,* sub quo situm est, spectabat ad Principes inferioris *Bauariæ,* quæ post bellum *Bauaricum* *Cæsari Maximiliano,* cum multis aliis dominiis nomine interesse seu expensarum factarum ab *Alberto,* Duce *Bauariæ,* data sunt, incorporata *Austriæ* super *Anassum,* Archiepiscopis *Salisburgenibus* pluribus annis oppignorata; demum à statibus *Prouincialibus* super *Anassum* redempta; hodie *Austriacos* agnoscunt suos Dominos.

ADDITIONES.

Monasterium *Lunalacense,* al. *Lunalacus, Lunelach, Mannsee* situm in ea *Ba-* *uarie* parte, quæ terra supra *Anassum* viciniſſima, & penè cõtigua est, ad lacu- *Ex R. Pi* eius nominis, & elegantem maream inter *Alpes Iulias.* fundat. circa an. 739. vel *Caroli 3^o* *gely Monæ-* iuxta alios, 748. ab *Vtilone Boiorum* Duce in honorẽ *S. Petri* Principis *Apostolo-* *sterologia* rum & *S. Michaelis* Archangeli. Confirmauit foundationem Dux *Thassilo Vtilonis* filius, ann. 771. addit multis redditibus, censibus, prædiis, curtibus, grangiis, pratis & hominibus in *Rottal, Maligoeuv,* & *Atergoeuv.*

Abbas primus fuit *Opportunus* ab an. 748. præfuit an. 32. obiit an. 781. Kalen. Ianuar.

Henricus cum *Arnone Salisburgen.* Episcopo *Romam* missus an. 787. rogantes *Adrianum* PP. vt pacem conciliaret inter *Carolus* Magnum, & Ducẽ *Thasilonem.* Huic Abbati Archiepiscopus *Arno* postea dedit Ecclesiã *S. Martini* in *Stras-* *walch.*

Lambertus interuentu nobilium Comitum *Ernesti* & *Alberti* à Rege *Ludou-* *ico* obtinuit territorium in *Abernsee,* posterioribus sæculis à *S. VVolfgango* deno- minatum, cum toto nemore circumiacente, Donatio facta in *Transtorph.* an. 819. Anno. 831. Rex *Ludouicus Ludouici* Imp. filius, ad petitionem reginæ *Hemma,* vxoris suæ, in permutationem dedit Monasterium *Mannsee* *Baturico* Episcopo *Ratisbonen.* pro Monasterio superiori *B. Mariæ* virginis *Ratisbona.* *Obermünster* dicto.

Post anhum *Hungari* Monasterium scedẽ vastarunt. *S. Henricus* Imp. eidẽ omnia ablata restituit fecit, ita vt alter fundator merito dici debeat.

Vid. Tom. 1
Metrop.
pag. 189.

Rupertus Abbas an. C. MCI. *Ratisponæ* ab *Henrico* Imp. IV. & *Harduico* Episcopo *Ratisponen.* obtinuit Ecclesias *VVifelburgum* & *Stainakirchen* cum omnibus ad eas pertinentibus, & complures decimas.

B. Chunradus Abbas præficitur an. 1127. præfuit an. 15 impetrauit an. 1142. ab *Innocentio*, II. Pont. Max. Priuilegium, ne in posterum Abbas præficeretur in *Mannsee*, nisi quem Monachi communi consilio, aut certe sanioris partis assensu secundum Deum, & *B. Benedicti* regulam prouiderint eligendum. Trucidatus est hic Abbas à suis, ob defensionem rerum & facultatum Ecclesiæ, an. 1145. sepultus sub insigni marmore in media Ecclesia principaliore, è regione maioris suggesti, sub minore.

VValtherus B *Chunradi* successor, vir bonus & religiosus, cum duodecim, annis præfuisset, obiit an 1158. sepultus in sacello *S. Petri*, quod olim *S. Andreae* sacrum erat; claruit miraculis.

Henricus impetrauit à *Lucio* Papa omnium veterum Priuilegiorum confirmationem, aliquot superadditis nouis, An. C. 1182. Idem à *Chunrado* Episcopo *Ratisponen.* consecutus est Ecclesiam *S. Martini* in *VVeihenmaringen*, cum omnibus iuribus, an Dn. 1194.

Anno 1184. IV. Non April. cœnobio facta est à *Chunone* *Ratisponen.* Episcopo donatio seu resignatio in *Mannsee* super altare *S. Michaelis* totius Forestæ, quæ dicitur *Obersech*, vna cum territorio *S. Wolfgangi*, quæ omnia Episcopi *Ratisponen.* diu iniuste detinuerant.

Anno 1203. bello fœdissimo inter *Eberhardum* Archiepiscopum *Saliburgen.* & *Ludouicum* *Bauariæ*, Ducem exorto Monasterium magnam rerum suarum iacturam fecit. Verum paucis postannis alia haud minor calamitas hanc secuta est. cum anno 1242. *Henricus* Episcopus *Ratisponen.* cum *Bauariæ* Duce bellum gerens castrum *VVildeneck* Monasterio vicinum obsidione cinxit ac deuastauit: & omne territorium *Mannseensis* Cœnobij rapinis & incendiis, ferro & flammis fœdè depopulatus est. Anno 1246. Abbas in eiusdem Episcopi tuitionem susceptus est.

Quamuis Monasterium graues ex incendiis calamitates perpeffum fuit an: 1274. & ann. 1282. præclare tamen ab Abbatibus restitutum ex veteribus monumentis constat.

Anno 1310. Barones *Austria* & *Styria* collectâ sex pene millium equitum, manu *Lunalacensem* abbatiam, & omnem circumiacentem districtum violenter intrantes ferro & incendiis deleuerunt: & magna prædâ in de secum abducta ad sua redierunt. Tertiò etiam exustum fuit sequenti sæculo. aliasque calamitates pertulit hoc Cœnobium, præclare tamen semper reparatum.

Conradus Abbas post an. C. 1400. à *Bonifacio* IX. Pont. Max. impetrauit vsum mitræ & cæterorum Pontificalium ornamentorum pro se, & suis successoribus.

Simon Reuchlinus Abbas, vir in primis bonus, maturus & religiosus: regularis obseruantia zelator, in gubernandis temporalibus prouidus & circumspectus. Inuenerat Monasterium in spiritualibus pene collapsum; quod ipse adiutus à Pont. Rom. ac *Bauariæ* Ducib. præclare & fortiter reformauit: omnia loca conuèntualia ampliauit, & de nouo condidit: præter Ecclesias, quas vel de nouo instaurauit, aut certe insigniter reparauit.

Benedictus Egglus Abbas, *Simonis* successor, erexit à fundamentis totam elegantissimam & sumptuosissimam Ecclesiam *Mannseensem*, eamque & Bibliotheca & clinodiis præclare auxit.

VVolfgangus Benedicti successor præter cætera magnificè & præclare facta exitit

extitit regularis disciplina, & *Benedictini* instituti fortis zeloces fratrib. & in choro & in refectorio semper ferè coniunctus: vt eos suo etiam exemplo ad pietatem & vitæ sanctimoniam inuitaret: vnde complurium Monasteriorum visitator & reformator esse meruit.

Johannes Christophorus Abbas huius Monasterij longè clarissimus, *S. Wolsgã* olim ad *Alpes Noricas Falconem* montem, saltumque ad lacum *Albernum* pertinentè haud procul *Salisburgo* popularis applausus tædio secedentis vitæ rationem omnem, in ea præsertim solitudine transactam, mirandaque opera, loci habitum, facellum, lacum, alpes, stupenda ac verè inaudita miracula vernacula linguâ descripta publici juris esse iussit.

M E T E N.

NON procul à *Deckendorff* ac *Danubio* Monasterium Ordinis *S. Benedicti* fundatur, secundū. *Auent. fol. 316.* à *Carole Magno*, imposito primo Abbate, vtone *Eremita* eius loci. Extat ibi diploma *Caroli Magni*, cuius datum 4. *Cal. Augusti*, anno *Christo* propitio 882. año *Augustali* in *Italia II.* in *Francia I.* *Henricus Pius*. *Dux Austriae & Bauariæ*. ciectis *Canonicis*, quos locauit in *Pfaffenmünster* prope *Straubingam*, substituit *Monachos Benedictinos* *Monasterien-* *ses*, an. 1175. vel 1176.

COMBRITVR totum Monasterium, Anno 1236. & desolatur vsque ad Annum 1264, restituitur sub *Ottone*, *Duce Bauariæ*, *Ludouici Imperatoris Auo.*

A D D I T I O N E S.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ *Trinitatis*. *Ludouicus* diuina fauente gratia *Rex*. Decet regiam dignitatem, prædecessorum suorum piè facta non solum inuiolabiliter conseruare, sed etiam censuræ suæ auctoritate alacriter cõfirmare. Proinde nouerit omniũ fidelium nostrorũ præsentium & futurorum magnitudo, qualiter vir venerabilis *Nithardus* Abbas ex Monasterio quod dicitur *Medema*, quod est constructum in honore *S. Michaelis* Archangeli, obtulit excellentiæ nostræ quandam auctoritatem bonæ memoriæ auinostri *Caroli* præstantissimi Imperatoris, in qua continebatur insertum qualiter idem *Christianissimus Imperator* præfatum Monasterium cum Abbate & Monachis ibidem Deo famulantibus, cum hominibus vel rebus ibidem pertinentibus sub sermone tuitio-
nis suæ constituisset. Ita vt in posterum tam sub suo, quam sub successorum suorum, Regum videlicet sequentium *Mundiburdo* & defensione consisteret. Pe-
tiit celsitudinem nostram prædictus Abbas vt nos similiter eum & Monasteriũ
cui præest, cum Monachis ibidem Deo militantibus, atque rebus vel hominibus
sibi pertinentibus, sub nostra constitueremus defensione & eidem auctoritati,
nostram firmitatis gratia iungeremus auctoritatem Cuius deprecationem,
libenter annuimus, & beneficium, quod à nobis postulauit, ob amorem
Dei, & reuerentiam, ipsius sancti loci libenti animo ei concessisse omnium fi-
deliũ nostrorum cognoscat industria. Propterea præsentem auctoritatẽ nostram
ei fieri iussimus, per quam præcipimus atque iubemus, vt nullus quislibet ex vo-
bis, neq; de iuniorib. aut successorib. nostris, memorato venerabili viro *Nithar-*
do Abbati, nec Monachis seu hominib. suis, qui per eum legibus sperare noscun-
tur, de nullis quibuslibet illicitis occasionib. iniuriare, nec inquietare, aut cõde-
nare, neq; contra rationẽ Ordinis de rebus Monasterij sui, vnde ad præsens iu-
sto ordine restitutus esse videtur, aut in ante Deo largiente ibidem iustè
& ratio-

In appropria
ph. celsitud.
asinostræ.